



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

S. A. 65. C. 6

KUNSTS.KUNN.HOF BIBL.

45.465-

Alt-



Digitized by Google

45465

GE. BUCHANANO

V A R I A

C A N E N T I

U T I

PLACIDAM PRAEPEATIS AUREM

ROGAT

CAR. POPPO FROEBEL.

A U D O L P H O P O L I

1 8 2 3.

AD LECTORES.

GEORGIUM BUCHANANUM
Scotum vario eruditionis genere
claruisse quis est qui ignoret? Ce-
terum in rem literariam et in pa-
triae maxime historiam illius me-
rita hic non est quod laudemus.
Abunde laudis materiem nobis

praebet „placidum quo nascentem illum MELPOMENE vidi, lumen.“

Certe, sicuti Taubmannus noster, a cunis inde ad Heliconem ingenii quodam impetu raptus esse videatur. Quam egregiam naturae vim ne crassissimae quidem Scholastices moles, cui se subdere fato suit subactus, deprimere valuit, adeo ut luculentissima sul documenta vis ista nobis reliquerit admiranda.

*E tantis opibus graviora san-
eademque magnisona depromer-
da habebam: Ast a longioribu-
carminibus voluminis angustia
suis limitibus circumscripta, absti-
nere jubebat; tum leviusculis lusi-
bus me applicando, consilio in his
ce editiunculis proposito arctius mi-
hi videbar inhaesurus, quippe que-
seria rarius attigissim; porro cum
Venus triumphans continuam qua-
si duxisset pompa, lectorum
animis delectandis centones varios
magis aptos ducebam.*

Superest, uti delectus hujus obrectatoribus obviam eatur, quibus duplicem ab isto cavillandi materia praebitum iri dicas. Sunt enim quaedam liberius dicta, quae constricta ne spectent fronte Catones, verendum. Verum enim vero si hujuscemodi joci essent eliminandi, Catullo, Martiali vix superfuerit quod non ejicias, et complurium autorum classicorum scripta ad modum PP. S. J. forent expurganda aut potius detruncanda.

VII

*Cucullati praeterea in hac scenae
partes agunt odiosas magis quam
eratiosas, de quibus sectatores istorum
jure quodam suo questuro
praesentio. Sed Buchananum ideo
vituperare eo minus fas est, quia
acrius ab ipso rege ad monachos
oppugnandos est provocatus, eu-
quo pejus ab illis ipse fuit habi-
tus, donec signa eorum sequeba-
tur. Nec a nostris temporibus poe-
tae in fratres fraternimos joci alieni
sunt, quandoquidem cum ca-
nem ad vomitum (sit venia verbo)*

VIII

*aetatem nostram videmus reversum.
ram.*

*Nec diverse omnino judicandum
de meritissimis, quibus Roma cum
papatu suo et papis perstringitur,
scommatibus. Videlicet postquam
eae sordes ejectae pene videban-
tur, pontificiarumque nugarum et
curialismi asseclas ad veri tan-
dem nolitiam perductum iri illos-
que sanam mentem recuperaturos
sperabatur: eo plenius omnis stul-
titiae et nequitiae voragine sese*

IX

*ingurgitare, quin puriori doctrina
imbutos secum in barbariem retrahere coepere. Quo magis vigilandum nolis, ne Gregorii VII. tempora nobis redeant, quod quin illi enixissime studeant nemo est qui dubitet! Juverit igitur meminisse quae de horrenda religionis profanatione a papis monachisque profecta senserit egregii ingenii poeta,*

Haec sunt, quae de Variis Buchananis praemonenda censui. Quod

x

*relicuum est, rogo uti lectores opel-
lae meae favere pergant.*

*Scr. Rudolphopoli Cal. Jul.
1823.*

G.E. BUCHANAN

V A R I A

AD THEODORUM BEZAM.

*Præcul optime, sacra Christiana
Qui carte colis et facis, canisque,
Ad te carmina mitto, nec Latino
Nec Grajo sale tincta, sed Britannic
Nata in montibus horrida sub Arcto,
Nec coelo neque sacculo eruditio.
Quae si judicio tuo probantur,*

*Ut classis modo in ultimae referri
Possint: centurias, nihil timebo
Censuram invidiae, nihil morabor
Senatus critici severitatem,
Nil grammaticas tribus: mihi unus
Besa est curia, censor et Quirites.*

I N B E L E A G O N E M.

Beleago somes et parens mendacii,
Ab ore enjus pavida veritas fugit,
Mali susurrit nescio quid clançulum:
At fama de illo non susurrit, sed palam
Hoc universus populus affirmat, quod est
Beleago somes et parens mendacii,
Ab ore enjus pavida veritas fugit.
Hoc igitur sequens aëstimator judicet,

4

An mentiatur populus universus, an
Beleago somes et parens mendacii,
Ab ore cujus pavidæ veritas fugit.

AD IDOLORUM CULTOREM.

Oculi, certa, resas das et libamina ca-
xo?

Teque piam dici, cum facis ista, cu-
pis?

Quid tibi pro tanta majus pietate prece-
mur,

Quam ut fas numen tu quoque, quale
colis?

IN PIUM (V.) PONTIFICEM.

Vendidit aere polum, terras in morte re
linquit.

Styx superest Papae quam colat un.
Pio.

IN JULIUM (PONTIFICEM).

Stare die hand poterant mundusque et
Julius una,
Omnia perdendi tam ferus ardor
etat.

6

Ergo, ne ante diem mundi structura peri-
ret,

Ad Styga discessit Julius ante diem.

I N P O N T I F I C E S.

Pecedit Paulus, contemnit foedera Cle-
mens,

Sacrilega tractat Julius arma mand.

Et quisquam sceleris nomen formidat ius-
ne,

Auctores scelerum qui videt eum Deos?

I N R O M A M.

Hi colles, ubi nunc vides ruinas,
 Et tantum veteris cadaver urbis,
 Quondam coeca *Lupis* fuere lustra,
 Donec per freta vectus Arcas exul,
 Pani, pelleret ut *Lupos*, Lycaeo
Lupercalia festa dedicavit:
 Nudos currere jussit et *Lupercos*,
 Sacrum et collibus addidit *Lupercal*.
 Sed vis insita, contumaxque flecti
 Perricit genius laborem et artem,
 Et per saecula longa ne perirent
 Iatis semina collibus *Lupina*,

8

Tristis progenuit solum *Lupinos*,
Laetos progenuit *Lupos salictum*,
Et conjux *Lupa Faustulo* tyranni
Albani pecoris fuit magistro;
Et qui moenia prima condidere,
Nutrivit *Lupa Romulum Remusque*.
Et *Floralia festa sunt Luperum*,
Et quondam in media fuit *Suburra*
Vico urbis celeberrimo, Lupanar:
Et quos *Fabricios* gravis putabis,
Observa, iuvenies Lupo voraci:
Et quas *Sulpicias* reare castas,
Observa, iuvenies Lupo salaci.
Et ne posse Deos *Lupis* carere
Credamus, sacer est *Lupus Gradivo*,
Et *Lupo* mare lanceos et annos

9

Sub cryptam mediae vomit Suburrae;
 Nec putris soboles araneorum
 Non cognomine mobilis *Luporum* est:
 Totam denique quantacumque Roma est,
 Nascentem, vegetam excute, et ruentem,
 Nihil comperies nisi *Lupercos*,
Lupercalia, *Lupos*, *Lupas*, *Lupanar*.

IN EANDEM ROMAM.

Non ego Romulus miror quod pastor in
 urbe
 Sceptra gerat, pastor conditor urbis
 erat.

10

Cumque *Lupae gentis nutritus lacte sit
auctor,*

Non ego Romulea miror in arte *Lu-
pot.*

Illa meum superat tantum admiratio cap-
tum,

Quo modo securum servet ovile La-
pus.

I N E A N D E M.

Roma armis terras, ratibusque subegrebat
undas,

Atque iidem fines orbis et urbis erant.

11

Vincere restabat coelum, perfregit Olym-
pum

Priscorum pietas aurea Pontificum.

At bona posteritas, ausis ne cedat avi-
tis,

Tartara praecipiti tendit ad ima gra-
du.

FRATRES FRATERIMI.

Cum Monachi fratres sint, quos vel can-
dida vestis,

Vel nigra, vel gemino mixta colore
tegit:

12

Quanta tamen miseris agitat discordia fra-
tres,

Quam non fraternalis foedera pacis
amant!

Non ita germanum reducem trax oderat
Atreus,

Atrea visceribus non satur ille suis.

Mitius Oedipodae soboles exarsit in iras,
Mitior indomitata incitat ira feras.

Eventu & simili cesseret fraterna simultas,
Et dirimat calvos exitos iste patres.

Dentibus et gladiis in mutua funera car-
rant,

Ira nec extremi cesseret in igne rogi.

DE MONACHIS S. ANTONII.

Diceris, Antoni, porcos pavisse subul.
cus

Vivos, adhuc monachos lamine cassus
alic.

Par stupor ingenii est, ventrisque abdo-
men utrisque,

Sorde pari gaudent, inglavieque pa-
ri.

Nec minus hoc mutum pecus est brutum.
que snillo,

Nec minus insipidum, nec minus ille-
pidum.

14

**Caetera conveniunt, sed non levis error
in uno est:**

**Debuit et monachis glans cibus emi-
tui.**

—
FRATRES EXTRA MUNDUM.
—

**Pene, manus, lingua, fratres munda om-
nia foedant,
In mundo merito esse habitare ne-
gent.**

**IN PETRUM GONELLUM DOMI-
NICANUM.**

In vino audivit verum latitare Gonellus,
 Sesquipede extenso pinguis aqualicolo.
 Sicne, sit, in nugis frustra consumpsimus
 annos,

Et tulimus tetricae jurgia lenta scho-
 lae?

Ergo vale sterilis veri Sorbona, tuamque
 Accipe discipulum, docia taberna, no-
 rum.

Ex illo ad crassam scrutatur dolia fecem,
 Pervigil et noctes perbibit atque
 dies.

16

Tandem consumptis foecunda in pocula
nummis,

Hoc veri invenit: Nil scio, nil habeo.

Solandoque sui lepide ludibria damni,

Socrate se jactat non minus esse so-
phon.

I N E U N D E M.

Cum vetus effuso biberetur milite vinum,

Nec fore maturum spes foret ulla no-
vum :

Immatara pater biberet ne vina Gonellus,

Matura Stygiae morte petivit aquas.

ADVENTUS IN GALLIAM.

Jejana miserae tesque Lusitaniae,
 Glebaeque tantum fertiles penuriae,
 Valete longum. At tu beata Gallia
 Salve bonorum blanda nutrix artium,
 Coelo salubri, fertili frugum solo,
 Umbrosa collis pampini molli coma,
 Pecorosa saltus, rigua vallis fontibus,
 Prati virantis picta campos floribus,
 Velifera longis amnium decursibus,
 Piscosa stagnis, rivilis, lacubus, mari,
 Et hinc et illinc portuoso littore
 Orbem receptans hospitem, atque orbi
 tuus

18

Opes vicissim non avara impertiens,
Amoena villis, tuta maris, turribus
Superba, tectis laeta, culta splendida,
Victrix modesta, moribus non aspera,
Sermone comis, patria gentiam omnium
Communis, animi fida, pace florida,
Jucunda, facilis, Marte terrifico minax,
Invicta, rebus non secundis insolens,
Nec sorte dubia fracta, caltrix numinis,
Sincera, ritum in exterratum non degener.
Nescit calores lenis aetas torridos,
Frangit rigores bruma flammis asperos,
Non pestilentis pallet Austri spiritu
Autumnus aequis temperatus datibus,
Non ver solutio amnium repagulis
Inundat agros, et labores cluit.

19

Ni patro te amore diligam et colam,
Dam vivo, rursus non recte visere
Jejuna miserae tesqua Lusitaniae,
Glabrasque tantum fertiles penuriae.

IN ANTISTITEM QUENDAM.

Ego Lutheranum rumor te, Postume,
clamat:
Sed tuus Antistes te tamen esse negat.
Tamen scortaris (sit), quam si vel Episcopus
esses,
Et potes dubiam pervagil usque diem:

Nec memor es Christi, nisi cum janare libebit,

Nec scis scripturae vel breve Iota et crae.

Nempe per haec suavit nungam fallentia signa

Ille vigil sanas noscere pastor oves.

Quisquam igitur dubitat, rumores an Episcopus erret,

Tam bene commissum qui sibi novit

OTOM.

I N C O D I U M.

Ille sonax civis rigidique exemplar bone-
sti,

Cedrus, beri parvo conditus est tu-
mulo.

Sed neque funeris praecessit naenia pom-
pae,

Pensilibus signis nec nituere fa-
ces:

Lurida nec pullam sumpsit cognatio ve-
stem,

Tinacula nec moestos aera dedere so-
mos:

Funera nec dense celebrazunt agmina ter-
bae,

Præfica nec luctum sollicitavit annos:
Vix datus est tumulus. Codrum si rero
fruisse

Forte Lutheranum, fallere, pauper
erat.

I N C H A R Y S A L U M.

Flava Ceres longi spes interceptat anni,
Aruerat pigro vinea tosta gelu,
Morbus ovis rapuit, farto periore capillæ,
Inter opus fracti succubuere boves.

23

Plena domus belli subito est direpta
multa,

Et male celatus latro refodit opes.

Ergo opibus caris cum Chrysalus esse su-
perstes.

Nollet, et in laqueum jam sua colla-
daret;

Succurrit laqueum nummis venire quater-
nis:

Ergo nos gratis nec moriemur? ait.

Ensis adest; stricto transfigere pectora ferro
Dum parat, et sumptus hic quoque ad-
esse videt:

Tanti fessor (ait), tanti vespillo, sacerdos,
Cerens et tanti cymbala rauca cre-
pant:

24

Et precibus pretium est etiam, pretiosaque
sepulchro:

Ergo placet rapidis mergere corpus
equis.

omque cadit, certe quamvis, mare, dixit,
avarum es,
Attamen hic gratis, credo, jacere li-
cet.

I N N E A M M A N.

in primum mihi candidae Nescio
sideribus paris ocellos

Ostenditq; ocelluli miscelli,
 Illa principium fuit malorum,
 Illa lux animi ruina nostri.
 Sic primis radiis repente tacitus
 Totus intremui cohorruique,
 Ut leves nemorum comee virentum
 Primis batibus intremunt Favoni :
 Et cor jam meditans ad illam abire
 Per pectus trepidansque palpitansque
 Jamque evadere jamque gestiebat:
 Ceu solet puer artibus tenellis,
 Quem nutrix gremio fovet, parentem
 Affectare oculis et ore, parva
 Jactans brachia: ceu solent volucres
 Adhuc involucres volandi juani
 Infirmas studio, movere pennas:

26

Tum mens provida, viriam sustinuit
 Quippe conscientia, ne locus dolosus
 Easset insidiis, miselli ocelli,
 Vos ad pectoris excubare portas
 Insomni statione jussit. At vos
 Sive blanditiis dolive capti,
 Sen somno superante, sive sponte
 Consensisti, herumque prodidisti,
 Fugit corque animusque, me relicto
 Excorde, exanimo: quod ergo fletu
 Nunc satisfacere arbitremini vos,
 Nil est; quem lacrymis movere vultis
 Non adest animusque corve: ad illam
 Ite: orateque et impetratite ab illa.
 Ni exoraritis, impetratisque,
 Fato illam aspiciatis usque et usque,

Donec vos ita luce reddat orbos ,
 Ut me corde animoque fecit orbum.

A D E A N D E M.

Quantum delicias tuas amabam,
 Odi deterius duplo ampliusque
 Tuam nequitiam et procacitatem,
 Postquam te propias , Neaera , novi.
 At tu si penitus perire me vis ,
 Si vis perdite amem , et magis magisque
 Totis artibus imbibam furorem ,
 Sis nequam magis , et magis proterva .
 Nam quo nequior es , proterviorque ,

23

impensis uor inquieto
flante odio faces amoris,
antes iterum ciente flammas.
si sis melior , modestiorque,
minus, et minus te amabo.

A D E A N D E M.

, blanditiae, procacitatis,
nequitiae, facetiaeque,
delicinque et illecebrae,
iria, et oscula, et susurri,
iquid male sana corda ementum
ebria fascinat venenis,

Hinc facessite : Jam vale Nevers.

At tu mens bona, sanitas, salusque,
 Continentia, castitas, pudorque
 Et modestia, veritasque simplex,
 Fraudis acribus intuens ocellis,
 Et quisquis male sana corda amantum
 Funestis Deus eximis venenis,
 Adais: adsere me mihi, impotentis
 Vix tandem dominae jugo solutum.

Frustra blanditiae appellatis ad me,
 Frustra nequitiae venitis ad me,
 Frustra delitiae obsidebitis me:
 Frustra me illecebres, et procaciates,
 Et suspiria, et oscula, et susurri,
 Et quicquid male sana corda amantum

30

dis ebria fascinat venenis,
 tra jam aggrediemini debinc me.
 l me mollibus implicas lacertis?
 l procacibus intuere ocellis?
 l fallacibus osculis inescas?
 labris labra inepta, pectorive
 s consere, machinis nec istis
 : jam superest locus, nec arti:
 sum stultus ut ante. Jam Necra
 , dum bona, dum pudica, nobis
 carior aestimata ocellis.
 etquam es mala et impudica, nobis
 vilior aestimata coeno.
 me miserum: statim voluta
 lucida per genos sinusque
 et tremulo fugax rotatu,

Et per turgidulas quens papillas
 Sensim gemmeus intumescit imber,
 Mollis agglomerans decenter orbis.
 Ergo haec possum ego latus intueri?
 Cernam ferreus ergo saxenque
 Corrampi male tam bonos ocellos?
 Haec si possum ego latus intueri,
 Possum et ferreus esse saxenque.
 Quin vos mens bona, sanitas, salusque,
 Continentia, castitas, pudorque
 Et modestia, veritasque simplex,
 Fraudis scribus intuens ocellis,
 Et quisquis male sans corda amarum
 Funestis Deus eximis venenis,
 Hinc facessite: vos adeste rursum
 Ritus, blanditiae, procacitatem,

32

Lusus, nequitiae, facetiseque,
oci, delitiaeque, et illecebrae,
Et suspiria, et oscula, et susarti,
Et quidquid malevana corda emantum
Ilandis ebria fascinat venonis:
sic me vivere, sic mori suave est.

A D E A N D E M.

um das basia, nectaris, Neacta,
as mit pocula, das dapes Deorum.
factus videar mibi repente
us e numero Deum, Deusto
quid altius est, beatissime.

Sed nectar mihi dulce basiorum,
 Sic fallacibus imbuis venenis,
 Ut qui nunc fueram Deus, Deiwo
 Si quid altius est beatiusve,
 Praecepis in Stygium datus barathrum
 Degam Erinyas inter, aut barathrum
 Si quid sit Stygium infra Erionyasve.
 Sic statim mihi cor, jecur, medullas
 Et venas tacite malum peterrat:
 Sic corpus mihi tibi colliquescit,
 Ardet ignibus, aestuat venenis:
 Sic mentem mala pestis occupavit,
 Ut sit nectare suavius venenum,
 Vita more potior, labor quiete,
 Sonante faror, salute morbus.

IN BELEAGONEM.

Judaicum; Beleago, quod negas te,
 Et vis testibus id probare magnis:
 Erras, testibus ista non probatur
 Es (ut scis puto), mentalis probatur.

IN EUNDEN.

Hic, quem parentis colere debueres
 . loco,
 eago, vivo spolia detrahere capis,
 sed tu capillae non facis, nisi mortuae,

Lanijam sciebant esse te cuncti, gradum
Ut carnifex sis, inde paulatim facias.
Ne quaestus ullus non ferat locrum tibi.
Ut carnifex sis, artis auspicium inae
Aliunde malum feceris. Vixne ut tibi
Dicam unde possis optime? ut si etiam
parum

Ex arte facias, nil tamen peccaveris?
Suspende te ipsum, et si inepte id feceris,
Omnes probabunt, ceu foret factum opij.

I N X U N D E M.

Balesgo, ut ipse testis est, si quid tam
men

Firmum est, quod ille testis affirmaverit,

De gente nullam contrahit Judee notam.

Idem libellos, lectulos, et linies

Scabellis, scamus, stragula, et tapetia

Vendit, revendit, quia et e medio luto

Collecta scruta vendit, atque interpolat.

Lac, ova, pullos, allia, et cencubitas,

Pepones, cucumeres, brassicam, lactucias

Positis ad omnes vicolos custodiis,

Domi ut revendat carius, praecoccupat
 Forique solus arbiter boarii est:
 Forique solus arbiter piscarii est:
 Forique solus arbiter olitorii est:
 Forique solus arbiter capediniis:
 Forumque cunctis publicum magis foris
 Res contrabentum conspicit semper domi
 Piscator, olitor, lanins, auceps, et coqu
 Illo absque nullum contrahunt comme
 cium,
 Nec mala senio fracta, nec mulus tripe
 Nec asinus aeger, nec caballus morbido
 Venum sine illo poterit ire interprete.
 Concta unde possit confici pecunia
 Vendit, revendit, praestinat, habet que
 stui.

Nec ullus opifex, emitor est, aut venditor,

Mercator, arcu, negotiuum, unde levis odor la-
cri

Spirat, quod ille non sagax praesentiat,

Non antevertat, occupetque et devoret,

Aut si id negatur, portiunculam tamen

Praerodat aliquam, solus et magnarius

Mercator, idem solus et scrutarius.

Si quis tot artes tractat unus sordidas,

Hoc aye natus, gente nec Judaeus est:

Beleago dicam has tractat artes sordidas,

Hoc aye natus, gente nec Judaeus est.

I N S U D E M.

Beleago cunctas novit artis unice,

Has praeter unas, quas docet.

Beleago cunctas tractat artis commode,

Has praeter unas, quas docet.

Nec foenerator alter illo doctior,

Nec capo quisquam ergatior,

Mango nec ullus morbidos peritus

Servos equosque adulterat.

Nec in macello ponderum minutiss

Sic lanios ullus exigit,

Lancem dolosam deprimivit canticus

Fractis adaugens osibus.

Seplesianae nec tabernae luctis
 Interpolare astutior.
 Nec publicanus e propinquis quispi
 Ad omne lucrum acutior.
 Et inter artes sordidas monopolium
 (Nam id lando quod librarius)
 Exerceat, unus et veteramentarius
 Et unus est scrutarius
 Negotiator, unus est magnarius,
 Et, si Laverna faverit,
 Ni fallor, unus esse volet aquarior,
 Unusque latrinarius,
 Sector, coactor, quadruplicator, insti
 Testorque, pictorque, et coquus
 Has tractat artis ille non incommodo,
 Has nempe didicit et tenet.

Quae est professus se tenere, non tenet,
 Nec tractat artis, nec docet,
 Nec scit docere, scire nec penitus studet,
 Sed olida convictoribus
 Ut ponit hirci latera pro vervecibus,
 Corvosque pro caponibus,
 Picasque cavese mortuas in carcere
 Pro phasianis suggestit:
 Sic ille misero credit auditorio
 Se facile posse imponere;
 Veterum Sophorum sic novis mendacij
 Adulterare dogmata.
 Cum syllogismi implicitus baeret retibus,
 Nutatque, sudatque, et stupet.
 Dein ceu solutum sit probe impudentia,
 Quod peccat ignorantia,

Et ridet ipse, et caeteris est risus.

Cur ergo quae nescit docet?

Quae scit docere, non docet? mendacium,

Quod prima ei sit artium.

Adversus artis ejus ut theoremeta

Ne peccet imprudentia,

Quae nescit, illa scire proficitur paleam

Se: scire, quae scit, pernegat.

X N A U L U M.

Mnam mihi promissam jubeo numerare

Calenum:

Abnuit ille: Aulum consulē causidicūm.

43

Ita mibi iudicio suadet contendere : cum
nam

Suscipit : hac quidquam justus es-
se negat.

Quam mibi dum peragit decimumque ex-
tendit in annum ,

Pene decem decies jam periore mi-
nus.

Ne lis quod superest exhaustat aeris et
aevi ; .

Vito ream pariter causidicamque
meum.

Certum est mil posthac promittentive Ca-
leno ,

Hortanti aut Aulo credere. Causa
vale.

Quaeris utrum fugiam magis? Aulum. Namque Calenus
Verba dare, est Aulus vendere verba
solet.

I N P O S T H U M U M.

Nescio en inspetti Narcissi, Posthume,
fontem:
Hoc scio, deliras, Posthume, amore tui.
Ille tamen merito: nam quod male sanas
amobat,
Ante quidem id multis causa furoris
erat.

At tua non parlo est major vesania, qui
te,

Sed sine rivali, Posthume, solus ames.

R N Z O I L U M.

Frustra ego te laudo, frustra me, Zoile,
laedas.

Nemo mihi credit, Zoile, nemo tibi.

AD LEONORAM.

Ecquid sis formosa? rogas, Leonora, frequenter:

Nec nisi jurato vis adhibere fidem.

Sic mihi nunquam Helene, sic nunquam
Leda sit uxor,

Ut nec par Helene, nec tibi Leda fuit.

Di simul heroesque bas, sed patienter
amarunt.

Verum quisquis amat te, Leonora, fuit.

I N E A N D E M.

Omnis quod, Leonora, putant te vendere, falso sum est.

Nam faciem, tibi quae caetera vendit, emis.

I N B E L E A G O N E M.

Gens duplex, Belago, tuo de stemmate certat,
Niuitat et causam quaque probare suam.

Nulla tuis dictis quod sit constanti

FUS

Indicium Libyci sanguinis esse
Signa sui generis credit Judae
men,

Quodque tibi est lucri tam
amor.

To Lusitano genitum te sanguine jac
Nec tamen hoc aliter, te nis
probas.

O utimam indicij, aliove id teste
FUS:

Aus te certa foret testificante fide
Sed mihi si credas, testis potes esse
ipai

Utilis: hac una sed ratione potes.

Quae tibi pro fictis vis credi, ficta negato:

Et quae vera cupis credi, ea vera nega.

IN AMICUM QUENDAM.

Unus eras, memini, quondam de plebe;
nec alter

Te minus in tota turgidus urbe fuit.

Nunc te alium credis, veteremque haud
moscis amicum,

Splendidus in Tyria quod spatiore
toga.

50

Falleris; hanc et ovis, qua tu nunc vestie
superbis,
Ante talit, nec adhuc est aliud, nisi
ovis.

A D N E A E R A M.

Qualiter ad solem foliis morientibus arent
Candida virginea lilia secta manu:
Paulatim lento sic maceror igne, Neacta,
Ut primam radii me tetigere tui.
At mihi dum roseis tractim das oscula la-
bris,
Semuit et attactus debilis umbra tuos,

51

Mens reddit, et vigor ignescit, velut herba
resurgit,

Cum levis arenem recreat imber hu-
mum.

Ergo quando oculis pereantem me oscula
sanant,

Et mea in arbitrio vitaque morsque
tuo est:

Perde, neco, ut visum est; sed dum pereo,
oscula jange,

Saepe ut sic vivam, sic volo saepe
mori.

I N L E O N O R A M.

Pieta tibi est facies, mendax est lingua,
manuque

Aeneus annellus, vitrea gemma ni-
set.

Quis tibi vel verum credet, Leonora, lo-
quenti,

Quando tui nunquam pars caret ulla
dolo ?

E G R A E C O.

Qui te videt beatus est,
 Beator qui te audiet,
 Qui basiat, semidens est,
 Qui te potitar, est Deus.

D E N E A E R A.

Illa mibi semper praesenti dura Neaera,
 Me, quoties absum, semper abesse
 dolet.

54

Non desiderio nostri, non moeret amore,
Sed se non nostro posse dolore frui.

A D P O N T I C U M.

Arida torret tibi cnum praecordia se-
bris,
Pontice, nec vitae spes foret ulla
tuac,
Munera spondebas, coelumque in vota fa-
tigans
Fundebas miseras ore tremente pre-
ces.

55

Audit vota Deus, febrim tibi pellit,
assem

Oblatum facilis pro nebulaone
pit.

At tu ideo sanctus vis et Dis caro
beri,

Teque virum credi scilicet esse prius
Vir bonus esse potes, cujas caput ase
demptum est,

Judicioque tuo, judicioque Dei?

PRAEPOSTERA PIETAS.

Cum patre nil vivo tibi conveniebat : ini-
quis

Litibus extinti dissidiisque senem.

Defunctum nunc thure colis, tumulumque
coronas

Floribus, et magna mole sepulcrum lo-
cū.

Quamlibet his tameas : pietas praepostera
certe est,

In patre nil praeter funus amare pae-
tris.

IN PHILLIDEM.

Philli, omnes deames, redamat te, Phil
nec ullus:

Miraris, fieri id qua ratione qu
at?

Nemps ideo: cunctos quod ames discrimi
nullo,

Haec ratio est, cur te nullus amat
amet.

Odero vis igitur cunctos? Male collig
istuc,

Nec te odio velim: sed nec ami
veto.

Quidnam igitur suades, ut amer? Sic sus-
deo: Nullum
Oderis; est unum, Philli, ut ameris,
ama.

A D L E O N O R A M.

Nupta prius mater fuerat: dein debilis
oetas
Efficit hanc levam nunc, Leomora, tu-
. am.
At meretrix, quam nupta, prius ta filia ma-
trem
Vincis, mox natae lenta futura tuse.

Quid lenae neptis, meretricis filia, patre
 Et monacho, tantis laudibus adjicit?
 Adjicit, et primis hanc atque hanc vincit
 in annis,
 Pene infans matris jam quoque lena
 enae.

Scilicet ante annos generosi seminis arbor
 Protinus in fructus luxuriare solet.

E G R A E C O.

Liber eram, vacuo mibi cum sub corde
 Nescera
 Ex oculis fixit spicula missa suis.

Deinde unum evelleps ex auricomante ca-
pillum

Vertice, captivis vincia dedit manibus.

Risi equidem, fateor, vani ludibria ne-
xus,

Hoc laqaco facilem dum mihi spero
fugam:

Ast ubi tentanti spes irrita cessit, nénis

Non secus ac manicis implicitus, ge-
nui.

Et modo membra pilo vinctus miser abstra-
hor uno:

Quo dominus mutus me violentus agit.

A D L E O N O R A M.

Nescio, tot moechi tibi cum Leonora fujs-

sent,

Cur monachum natae dixeris esse pa-
trem:

Ni grege de tanto, qui nocte dieque rue-
bant,

Nemo minus monacho forte pudendus
erat.

E G R A E C O.

*Pauper eram juvenis, senio confector in-
erti*

*Sed locuples, misere sorte in utraque
miser.*

*Quando frui poteram rebus, mihi copia
decerat:*

*Copia nunc soperest, fructus et uas
abest.*

E G R A E C O.

Fata ferunt, fer fata, ferent: sin forte
 repugnas,
 Et te ipsum crucias, nec minus illa
 ferent.

E GRAECO ANACREONTIS.

E terra sicca potat,
 Terraque sylva, et aura
 Sylvas, et aquor auras,
 Et sol repotat aquor,

64

Et luna solem. Inque
Incessitis sodales
Me, quod bibam libenter.

JACOBO SYLVI O.

Sylvias hic situs est, gratis qui nil dedit
unquam,
Mortuus et gratis quod legis ista do-
let.

MARIA REGINA ANGLIAE.

Su x Marie, male grata patri, male grata
marito,

Cœlo invisa, meae pestis atrox pa-
triae.

Nalla aberat labes, nisi quod fait addita
custos

Fida pudicitiae forma maligna mense.

*IN ELISABETHAM ANGLIAE
REGINAM.*

Cujus imago Dea, facie cui luctet in
una,
Temperie mixta, Juno, Minerva, Ve-
nus?

Est dea: quid dubitem? cui sic conspirat
amicus

Mascula vis, bilis gratis, celsus bo-
mos:

Aut dea si non est, Diva est quae practi-
det Anglis,

Ingenio, vultu, motibus aequa Dei-

A M O R.

Quis puer es? Amor. Genitor quis?

Blandus ocelli

Ardor. Quo natus tempore? Vere
novo.

Quis locus excepit? Generosi pectoris
aula.

Quae nutrix? Primo flore juventa
decens.

Quo nutrit victu? Ille celestis, vultuque venu-
sto.

Qui comites? Levitas, otia, luxus,
opes.

Cur pueri belli semper satiosa cupido?

*Impellunt avidae spes, trepidique me-
tus.*

*Non metuit mortem? Non. Quare? Saepe
renasci,*

*Saepe mori decies hunc brevis hora
videt.*

C H R Y S A L U S.

*Dives opam, pauperque animi plus possi-
det auri*

*Chrysalos, in salva quam vicit Her-
mus aqua.*

Ponidet inclusum sic caeci carceris umbris:

Nec procul infernis, ut reor, a tenebris.

Et decies una, vel saepius, inspicit hora,

Et numerans miseras usque fatigat opes.

Nec satis hoc: centum ferratis limina portis

Addita, centenis ferrea claustra seris.

Custodesque canes, atque horridus aere satelles

Excubat ad clausas pervigilatque fortis.

70

Non miser uxori, non audet credere ma-
tis :

Frigida non pictis quos habet ar-
Deis.

Formidat, si vermis humo, mus extat ap-
tro :

Si luteum Progne sub trabe figit
opus :

Si trabibus laxum suspendit aranea cas-
sem,

Esse potest nummis retia tensa
suis.

Si sol remotas penetrat vel luna, feno-
stras ,

Et tenuem fudit lux inopina di-
em :

71

Oblinit extemplo rimas, ne scilicet auro

Injiciat radios ille vel illa suos.

Nec minus obscuras formidat luce tenebras,

Et latebras promtas ad aeclus omne
duces:

Ipse suam veluti forem luctatur in um-
bram:

Gypsatas metuant credula corda ma-
nas:

Huc labor, huc miseri spectat vesania voti,

Et trepidi semper corde micante me-
tus.

Post inopis cursus, et inania taedia vi-
tae,

Dives ut ad Stygiasisse feratur
aqua.

72

Atque opibus mortem seu placatoris atti-
ram,

Semper inops vivit, ne moriar
inops.

AD DISCIPULOS.

Mos votus est Jani dare matutus donec
Kalendis,

Annus ut auspicio prosperiore fuit.

Et mibi quae possum dare tantum verba
supersunt,

Sed nostrum memet vult sibi verba
dari.

Nil dare non fas est, vanum est dare verba.

Quid ergo

*Restat? Verba dari qui sibi nolit,
emis.*

AD EPISCOPUM INDOCTUM.

*Carmine portanti, Praesul, tua janua
clausa est:*

Munera portanti janua tota patet.

Praesulis ergo tenes perfecti munera solus:

*Quippe animo cuius munera sola pla-
cent.*

D E S E I P S O.

Vulgos me vocat, et putat poëtam:
 Aula non putat, et vocat poëtam.
 Nam si crederet esse me poëtam,
 Avarum, puto, non potaret esse.
 Aut si crederet esse non avarum,
 Non pro carminibus malis, ineptis,
 Incomiti, mibi reddidisset aurum.
 Quid causae rear esse, cur rependat
 Probo rusticulum aula carmen auro?
 Aula tam sapiens, et eruditæ,
 Nec naris, neque judicandi egena?
 At at, jam videor tenere causam.
 Quac pro carmine dat malo bonum aurum,

Non dat carminis aestimationem :
 Nec suum studium indicat legendi ,
 Sed fastidia vitat audiendi ,
 Nec me scribere , sed monet silere .
 Et recte monet illa , si poëtis
 Loquendi modus esset , et silendi .

IN POLYONYMUM.

Lusitanicus unus es mare ultra , et
 Citra Algarbicus , Iudicusque , Arabsque ,
 Persicus , Guineusque , et Africanus
 Congusque , et Manicongns , et Zalophus ,
 Nec tuus titulis abest superbis

Aethiops nimio perustus aestu,
Nec circum triplicem resugus orbem
Cunctarum Oceanus parens aquarum.
Nec portus, neque merx, neque i
ulla est,
Lucelli unde levis resulget aura
Quae te non titulo augeat. Tot ergo
Cui sunt nominia, nonne jure regem
Multis nominibus vocabo magnum?
Sed rex nominibus tot ille magnus,
Si belli furor, aut mare aestuoso
Ocludat piperariam tabernam,
Famam foenore pransitabit ematam,
Versuram ficiet vel esuribit.

**EPITAPHIUM NICOLAI EACO-
NIS PROCANCELLARII AN-
GLIAE.**

Hic Nicolaum ne Baconem conditum
 Existima illum tam diu Britannici
 Regni secundum columnen, exilium malis,
 Bonis osylum; coeda quem non extulit
 Ad hunc honorem sors, sed aequitas, fides,
 Doctrina, pietas, unica et prudentia.
 Ne morte raptum crede, qui unica brevi
 Vita perennis emerit duas: agit
 Vitam secundam coelites inter animas;
 Fama implet orbem, vita quae illi tertia
 est.

Hac posita in ~~ara~~ corpus animi olim de-
mus,

~~Ara~~ dicata sempiternae memoriae.

IN JULIUM II. PONTIFICEM.

Genua cui patrem , genitricem Graecia,
partum

Pontus et unda dedit, num bonus esse
potes ?

Fallaces Ligures , et mendax Graecia:
Ponto

Nulla fides. In te singula solum babes-

I N R U S T I C U M.

Rusticus hem cunctos cum congerminaret ad
ictus

Hiberno properans findere ligna foco:

Syllaba quid tonis invet hem geminata
laborem,

Quaerenti uxori retulit ille : Juvat.

Nempe simul toto contentis corpore ner-
vis

In rimam canendum fortius ictus agit.

Illa memor Veneris media inter gaudia,
telum

Ut penetret magis, hem congerminare
jubet.

Kil opus est, inquit, nunc hoc conamine,
 conjunx,
 Findere te sane nolo, forare volo.

**E GRAECO STOBAEI DE BREVI-
 TATE VITAE.**

Rebus in humanis nulla est constantia
 certa :

Veridico vates Chius ut ore canit.

Non minus est foliis hominum gens flava
 caducis :

Pauci ubi seperant auribus ista, cuius

Pectoribus fixere : animis namque indita
quondam

Spes teneris blande credula corda fo-
vici.

Et dum laeta viret jucundo flore juven-
ia ,

Percurrent animos irrita multa le-
vis.

Nec senium mortemque pavet : neque cor-
pore sano

Provida ventri cura doloris ad-
est.

O male stultorum meus credula , qui bre-
vie aevi

Tempora non noriunt quam fugitiva vo-
lent.

As tu praemonitus nigrae ad confinia mor-
tis

Lactus ago, et genio gratificare
180.

—
—
QUORUNDAM DOCTORUM

A D

GEO. BUCHANANUM

C A R M I N A.

JUL. CAES. SCALIGER,
V. CL.

AD GEORGIUM BUCHANANUM.

FELIX Georgi lacteae venae pater,
Quae ditat immensum mare:
Quid Barbarorum voce squalentem ab-
sona
Merisque nugis oblitum,
Inepturientem non ferendis artibus
Audire memet postulas?

Plectramne Phoebo temperante Metru
 Tentabit ictum pollicis?
 Amabilis Thalia si faciat modos,
 Garrile pica gestiet?
 Te natum ad alta Pegasi cacumina,
 Tepente susceptum sicut
 Regina sacri magna Calliope soni
 Liquore non noto imbuta,
 Deditque palmam ferre de tot gentibus,
 Latina quot colit cohors,
 Puris beatae voce tessellis nitor
 Perstringit antis candidas
 Flexuque ducta vena dulcis cincta,
 Qnami sustulit, iterat sicut.
 O me superbum, mole sublatum novi,
 Te literatorum Deo.

Desideratum abesse me, ut scribis, doles;
 Quod aliquid esse me putes;
 Te te ipse contemplator, in quo cuncta
 sunt,
 Et vota lenies tua.

I D E M.

DE G. EUCN. CARMINIS VENU-
STATE.

HIERI legebam nuper alleatum mihi
 Sapidum, tenellum, molle carmen, su-
 rum,

Intelligendum vel puellis omnibus,
 Si splendor, atque puritas, decus, ni-
 tor,
 Animum subite luculentam ullum que-
 at:
 Intelligendum non facile doctis vi-
 ris,
 Nisi mentis excitetur ardor efficax,
 Sententiarum propter ardorem merum.
 De me ut loquaris, ut ego de me
 ipso loqnar,
 Intelligebam primulum ut simplex paec:
 At ubi vir esse, ubi esse volui intelli-
 gens,
 Vocis serena luce percussus tuse
 De intelligenti intelligens nihil sai.

89

Hoc te volebam sic monere : me pe-
tas

Me velle respondere , non enim au-
deo ,

Hocque esse respondere , non respon-
deo .

17

GEORG. DUCHANANUM
THEODORI BEZALE
CARMEN.

AUDIERAM Götter, et quos Septentrio
quondam
Estates immant, ultricem in munio-
rem
Effudit populos, acceleratae moenia Ro-
mæ,

Et quaecunque prius spoliato ex orbe ca-
rabant

Imperii factusque cui monumenta Quiri-
tes;

Partim aequasse solo, partim injectissime
raci

Consumenda rogo: ut quae olim fastigia
coelis

Intraret, septem attollens in nubila mon-
tis,

Nunc prostrata 'nus celebretur Roma rui-
nis.

At non ingenium sollem, linguamque
discretum,

Aeternis quibus illa opibus tot caccula se-
lix

Roma olim, cunctas inter caput extulit ur-
bis,

Haec, inquam, reliquis longe anteferenda
traphaeis,

Non equidem audieram, Cottosve aliasve
serocis,

Quas procul Occatus gentis glatialis innu-
dat,

Noscere, mirari nendum potuisse: expa-
ces

Barbarus ut praedae ius dulcedine ca-
pies

Injiceret Muzis nungulis, quas deinde ri-
genti

Captivas sic diligenter coleretque sub Ar-
cto,

Ut medias inter glacies Boreaeque sa-
nori

Pectora nata gelu Mesarem ardore cale-
rent.

Attamen hoc factum si quis dubitaverit,
idem

Vel medio lucere die Titana nega-
rit,

Vel te virtutesque tuas ignorat inc-
ptus,

Aonidum immortale deus, Buchazane, so-
rorum.

Namque tibi extremae prope nato ad littora
Thules

O tenerum Aonides sic formavere puel-
lae,

Sic Grajo pariter melle illevere labella,
Pectora Romano sic implevere sonore,
Ut te Roma, licet Scotorum ad litora
matum,
Aequores inter caulis atque horrida
cete,
Tunquam urbe in media civem sibi vindicet
ortum:
Inde autem magni te Mantua clara Mato-
nis
Juret stirpe satum, at contra Verona Ca-
tulli:
Asserat hinc Venusinus, et hinc Pelignus,
et inde
Corduba te repetat, repetat quoque Bilbilis
inde.

At votum interea Buchananum , Scotia,
jactes

Una tuum , felix tantis natalibus una ,
Macte quoque ingenii tanta virtute , Ce-
orgi ,
Aeternum , et Latii spoliis ornatus opimis ,
Iuvidiaque omni major , Buchananus , tri-
umphus .

**ANDREAS MELVINUS
GEORGIO BUCHANANO,
PRAECEPTORI SUO ET MU-
SARUM PARENTI.**

NUPER te, BUCHANANE, cum vide-
rem
Aegrum, languidulum, toro jace-
tem,
Et fato et capulo heu nimis propin-
quam;

Vixus immihi sum videre Mesas
 Aegres, languidas, toro jacentes,
 Et fato et capulo heu nimis propin-
 quos.

Te sensi ut meliuscule te habere,
 Nec tristi vigiliu toro jacere,
 Verum exsurgere, mania ampla obire,
 Regem visere, Regis et senatum:
 Mox Moses meliuscule se habere,
 Nec tristi vigiles toro jacere,
 Verum exsurgere, mania alta adire,
 Regem visere, Regis et senatum,
 Regem coelicolam, poli senatum,
 Sensi. Hinc nomine paene restituta
 Valetudinis et tuae et sororum,
 Doctorum, BUCHANANE, dux sororum,


Quae tecum in tornlo simul jacebant
 Ab longum nimis, ab nimis nimisque
 Aegreæ, languidulae, parum loquentes;
 Quae tecum in tunulo simul jacebant
 Ab brevi nimis, ab nimis nimisque
 Et surdae et gelidae et nihil loquentes;
 Ergo hoc nomine paene restituta
 Valetudinis et tuae et sororum;
 Ut sortem tibi gratularer istam,
 Caudrem mibi gaudium renatum;
 Et longum tibi comprecarer aevum
 Exors taedii et auxii laboris,
 Consors gaudii et otii beati,
 Inscriptum tibi carmen exaravit
 Et pingui ruditate arte lineavi,
 Haustum e fontibus abditis sacrisque;

Et sponte et subito calore fuisse:
 Non quale in columnes solent Camoenae
 Altum, grandiloquum et nimis venustum;
 Sed quale invalidae queunt sorores
 Deductum et tenue et minus venustum.
 Hoc, inquam, tibi carmen exarovi,
 Doctorum, BUCHANANE, dux sororum,
 Incultum ut coleres, et impolitum,
 Unus qui instar es omnium, polires:
 Proscissum veluti colonus arvum
 Extrahensque, iteransque, tertiansques
 Procusum velut artifex metallum
 Elimans, poliens et elaborans:
 Ut versum semel, usque et usque ver-
 sum,
 Incudi quoque redditum remittas,

100

Non quale invalidae quent sorores
Deductum et tenuit nimis venustum.
Sed quale incolumes solent Camoenae
Altum, grandiloquum et nimis venustum.

Österreichische Nationalbibliothek



+Z

